



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Fasti Mariani Cum Divorvm Elogiis In Singvlos Anni Dies
Distribvtis**

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, 1637

S. Colmannus Mart. 13. Octobris.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44055

Octob.
orūm
asce-
quis-
illuc
dore,
o pre-
berire
por-
obris.
13.Octob. VITÆ SANCTORVM. 501
ea cum Christianis stetit. Diceret suum etiam
Pannoniæ Decium obtigisse. Ex Bruschio.

Quid prodest quemlibet hodie auro, gemmis & pur-
purâ contegi, si cras contingat eum nudum & reum ad
inferni supplicia perirahi? Quid juvat, si quis hodie
terram faciat sub pedibus suis tremere, & cras mēdicus
& pauper de hoc mundo compellatur exire? S.P.Dam.
l.7.ep.15.

S.COLMANNUS MART. 13.Octobris.

COLMANNVM Regii sanguinis juvenem &
juventæ ævo suo facile principem genuit &
educavit Scotia, hospitem Bojaria vidi & Au-
stria. Habuit tamen hæc hostiliter potius quam
hospitaliter. Etenim quod genus & virtutem, sub
peregrino dissimulasset, jussisque valcre & patriâ
& opibus patriæ, sacram Hierosolymæ urbem in
votis haberet, diu jam dæmoni malo ægrè facie-
bat. Hic igitur contrà xgrè COLMANNO facturus
id machinatur, ut innocentia sub proditoris no-
mine accusetur. Capitur, carceri datur, torquetur,
uritur, laceratur, damnatur, & ex aridâ arbore ipse
flos juventutis suspenditur. Hic demum pro inno-
cente crebra miracula perorant. Et integritatem
animi sesquianuum sub dio pendens integrum
corpusculum loquitur. Meruisse canos crescentes
capilli & unguis testantur; clamat sanguis è vul-
nere numquam non recens. ipsa, quam emortuam
diximus, arbor in frondes suas reviviscens non
debuuisse mori COLMANNVM ait. Tot testibus
tandem convicta Austria veritatem sententiam, absol-
vit COLMANNVM, & se damnavit. Sed & hic tor-
honoribus pōst, quot suppliciis autē mactatus

Au-

502 VITÆ S A N C T O R V M . 14 Octob.
Austriam jam absolvit. Ex Diutinio , Stabio,
& VV. Lazio.

*Quid prodest, si homines laudent, & conscientia ac-
cuset? aut que debet esse tristitia, si omnes accusent, &
sola conscientia nos liberos demonstraret? si nobis est testis
in celo, testis in corde, dimitte stultos foris loqui quod
volunt. S. Greg. l.8. Registr. c. 45.*

S. FORTUNATUS EP. 14. Octobris.

FAcilè orco imperat, quisquis peccato non ser-
vit. Inter testes longè plurimos etiam FOR-
TVNATVM numero Tudertinum Episcopum, qui
totas legiones dæmonum ex hominibus non se-
mel unus fugavit. Sed nocuit pænè fugiendo orci
satelles. Nempe pullus sub noctem urbem obam-
bulat hominis vultum mentitus, rem indignam
clamat factam ab Episcopo FORTVNATO; pere-
grinum se hospitio ab eo ejectum, cuius munus
esset etiam invitare verecundantem. quam nunc
virtutem habitare sub tecto Pontificis cives cre-
derent, unde hospitalitas exularet? Audiit hæc
nescio quis, & non tam misericordiâ motus
quàm invidiâ, quam facere FORTVNATO volebat,
domo excipit, cæli scilicet exulem. Sed malus ho-
spes non minus malam symbolam reliquit, abiens
que hospitis filio in ignes conjecto animam elicit.
Tum denique infidam hospitalitatis tesseram pa-
ter damnavit. Sed quàm cordi FORTVNATO ju-
ventus fuerit, audi. Gothus prædam agebat nobil-
em, adolescentes geminos. Pontifex cùm nec
precibus hos nec pretio redimere posset, malum
vaticinatus est militi, quod illi equus dedit, cùm
lapsus coxam sessoris fregit. Hoc malo multatus
Gothus ultrò jam FORTVNATO pueros remisit; sed
non